



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 92. Epistola Eugenii Papæ ad Synodum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. potestatem Pontifice superiorem esse, a  
A. C. 1434. propterea Eugenium non potuisse Syno-

dum hanc dissolvere absque ejusdem con-  
sensu, sed magis illum ei obedire, ac sub-  
ditum esse debere. Exstat tractatus i[n]f[ormatione]  
ad calcem auctorum Concilii Basileensis  
appendice prima.

*Conc. Ap-*  
*pend. to. 12.*  
*p. 844.*

Seffio sequens usque ad mensem Se-  
ptembrem protracta est, interea tam  
plures actæ fuerunt Congregationes, i[n]f[ormatione]  
in ea, quam decima sexta Junii celeb-  
tam novimus, Constitutio Caroli IV. Im-  
peratoris contra violatores immunitatum  
Ecclesiæ aucta, & latius explicata, pro-  
mulgatur, atque ad Abbates monasteri-  
rum S. Bavonis, Gandavensis, Camer-  
ensis, ac Sancti Petri Lovaniensis, Ec-  
clesiarum Tornacensis, Leodiensis, & Tra-  
jectensis dirigitur. Die tertia Julii par-  
ter auctoritate Synodali Eugenii Con-  
tutio Romæ die vigesima sexta Maji an-  
no superiori data de veneratione Corpo-  
ris Christi, & indulgentiis ejus festivitatibus  
concessis publicata est, ac ubique observan-  
jussa. Consuli potest D. Bailletus de fe-  
stis mobilibus, qui in hanc rem discurrit.

### §. XCII.

*Epistola Eugenii Papæ ad Syno-*  
*dum.*

Præterea die vigesima nona Junii ejus-  
dem

dem anni Eugenius Papa datis ad Basi- Sæcul. XV.  
leenses Patres literis testatum fecit, se do-

A. C. 1434.

loris sensum ob præteritas injurias con-  
ceptum penitus deposuisse, ac lubenti,  
laetoque animo omnia ea, quæ circa ce-

Labbe Conc.  
append. tom.12 p 949. &  
lebrationem, ac Synodi continuationem seqq.

indulsiisset, confirmare, nil enim sibi so-  
lemnius, quam *ipso amare ut Filios, ob-  
servare ut fratres, & in Benedictionibus dul-  
cedinis unacum illis præcipua charitate con-  
stringi*, de cetero etiam de ipsis confi-  
do, quod pro ipsis Apostolicæ Sedis re-  
verentia sese fideles ac devotos erga eam  
gererent, Hujus confidentiæ signum se  
perspexisse dicit, ex eo, quod Præsiden-  
tes suos affectu & opere ipsis conjunctos  
benigne receperint; Hinc enim tam se-  
ipsum, quam Sedem Apostolicam sum-  
mo solatio affici testatur in gravissimis  
illis angustiis, atque afflictionibus, quibus  
ipse non ita pridem Romæ pressus, &  
quarum caussa urbem deserere coactus  
fuiisset. Hæc ille in sua Epistola Floren-  
tiis ad Synodum data. Quales vero fue-  
rint Romanæ istæ turbæ, quæ Papam fu-  
gere compulerant, percipiamus.

### §. XCIII.

*Papa Romanorum seditionem eva-  
sus Florentiam auffugit.*

*Philippus Mediolanensium Dux de Pon-  
tifi-*